



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Magistro Gviselin. Subdiacono nostro, Cancellario Tornacen.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

monachi nullatenus excludantur, ne forte venire contra sanctiones canonicas visideremus, quibus provida fuit deliberatione statutum, ut quae semel Deo dedicata sunt monasteria, semper maneat monasteria; cum & hodie generaliter statuatur ut ordo monasticus, qui in aliquo monasterio secundum Deum & beatuam Benedicti regulam dignoscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obseretur. Si vero predicatorum Episcoporum copiam habere non poteris, tu cum eorum altero juxta prescriptam formam in ipso negotio procedendi habeas potestatem. Nulli ergo &c. Datum ut suprà.

## E I D E M.

Epiſt. 153.  
Quod ipſi in  
novo ſuo epि-  
ſcopatu dignum  
aliquem virum  
preficeret li-  
cet.

**C**um in ecclesia Dei ex dispositione divina locum obtineas dignorem, petitionibus tuis tanto libenter favorem apostolicum impertimur, quanto eas credimus ex maturiori deliberatione procedere, & personam tuam cognoscimus ad augmentationem ecclesiasticae dignitatis sollicitius aspirare. Cum igitur tibi tam a felicis recordationis Celestino Papa praedecessore nostro quam a nobis de fratribus nostrorum consilio sit indulatum ut infra Castrum tuum, quod Mofsum dicitur, in abbatia ejusdem castri valeas episcopatum erigere, vel si malueris in eodem Castro aliam Cathedralem Ecclesiam, cui præficiatur Episcopus, fabricare, ut laudabile tuæ voluntatis propositum melior sequatur effectus, & ad exaltationem novi episcopatus studias affectuosius & intendas, personæ tuæ, quam prærogativa dignitatis honorare volumus speciali, auctoritate presentium indulgemus ut liceat tibi, quoad vixeris, personaliter in eodem episcopatu, eorum requisito assensu quibus Episcopus præficiendus extiterit, nullius contradictione vel appellatione obstante, personam idoneam instituere in Pontificem, qui populo sibi commisso præesse valeat & prodeat. Nulli ergo &c. Datum &c. ut suprà, vii. Idus Maij.

**M A G I S T R O G V I S E L I N.**  
Subdiacono nostro, Cancellario  
Tornacen.

Epiſt. 154.  
Sententia Car-  
dinallis Remē-  
fi à Papa con-  
firmatur.

**C**um a nobis peritur &c. usque ad verbum illud effectum. Ad audienciam nostram siquidem te referente per-

venit, quod cum felicis rec. Celestinus Papa praedecessor noster causam quæ vertebatur inter te & Laurentium Clericum de Brugis, super praebenda spectante ad magisterium scholarum sanctæ Mariae in Brugis, venerabili fratri nostro Villielmo Remen. Archiepiscopo sancte Sabinæ Cardinali commisisset fine debito terminandam, ipse allegationibus utriusque partis auditis & cognitis, de prudentum virorum consilio te ab ipsius impetitione absolvit, super hoc perpetuum silentium imponens eidem. Nos igitur quod per eundem Archiepiscopum factum est volentes debitam firmatatem habere, praebendam ipsam, sicut justè possides & quietè, devotioni tuae auctoritate apostolica confirmamus &c. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum i v. Non. Maij.

## TORNACEN. EPISCOPO.

**C**um Ecclesiarum omnium cura nobis immineat pastoralis, sic nos convenit circa utilitatem ipsarum attentionis vigilare, ut quæ male ordinata sunt in eis, in statum revocentur auctore Domino meliorem. Intelleximus siquidem per petitionem ex tua nobis parteorrectam, quod redditus duodecim Altarium, qui ad mensam episcopalem specialiter fuerant deputati, quidam praedecessorum tuorum retroacto tempore minus rationabiliter distraxere. Volentes igitur tibi & Ecclesiae tuae paterna solicitudine providere, ut redditus illos, qui in præjudicium tuum a mensa episcopali irrationaliter sunt subtraicti, tibi liceat appellatione remota legitimè revocare, fraternitati tuae auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo &c. Datum &c. ut suprà, vii. Non. Maij.

CANONICIS ECCLESIAE  
beatæ Mariæ Tornacen.

Epiſt. 155.  
Ut à decellori-  
ribus alienata  
revocet.

**C**um a nobis petitur &c. usque ad verbum assensu, ut redditus, qui a diversis donatoribus ad usum Vicariorum Ecclesiae vestrae, qui non sunt majoris altaris servitio deputati, per temporum vices proveniunt, colligantur in unum, & per ministros vestros inter eosdem Vicarios aequaliter dividantur, qui communis assensu Capituli, secundum antiquam & rationabilem Ecclesiae vestrae consuetudinem institui valeant, & similiter amoveri, liberam vobis auctoritatem.

Epiſt. 156.  
Ut fructus Al-  
tarium Vicariis  
aequaliter di-  
vidantur.

L iii